



in profundum qui loquitur in psalmo  
 Quo quem tu percussisti ipsi per securi  
 sunt. secundum illud quod ex persona  
 patris in zacharia ponitur percutiam  
 pastorem & oues dispergentur.  
**O**mnes gurgites tui & fluctus tui super  
 me transierunt. LXX. Omnes eleuatio  
 nes tue & fluctus tui super me transierunt.  
**Q**uod super ionam tumentes maris fluctus  
 transierunt & de tenuerit saeva tempe  
 tar nulli dubium est. Quaerimus autem  
 quomodo omnes eleuationes & gurgites  
 & fluctus tui super saluatorem transierint;  
 Temptatio est uita hominum super terram  
 siue ut in hebreo habetur milita. Quia hic  
 militamus ut alibi coronemur. Nullusq.  
 est hominum quicumq. sustinere  
 quae at temptationes. Absque eo qui temp  
 tatus est in omnibus iuxta nr̄am similitu  
 dinem absque peccato. Unde & ad corinthios  
 dicitur. Temptatio uos non apprehendat  
 nisi humana. Fidelis autem d̄s qui non  
 dimittit uos temptari super id quod  
 potestis. sed quod facit cum temptatio  
 ne & exitum ut possitis sustinere;  
 Et q̄m omnes persecutiones & uniuersa  
 quae accedunt absque di non ingruunt  
 uoluntate. Idcirco di gurgites dicuntur  
 & fluctus qui non oppresserunt eum  
 sed transierunt super eum. Minantes tan  
 tum naufragium non inferentes;

Uniuersae igitur persecutiones & tur  
 bines quibus genus uocabatur humanum,  
 & cunctae nauiculae frangebantur super  
 meum de tonuere caput; Ego sustinui  
 tempestates & fregit tur bines sequentes,  
 ut caeteri securus nauigarent.

**E**go dixi abiectus sum a conspectu oculo  
 rum tuorum. LXX. Ego dixi abiectus sum ex  
 oculis tuis. **A**n te quam clamarem de  
 tribulatione mea. & exaudires me.  
 Quia formam serui acciperam. Fragili  
 tatem quoque illius imitatus dixi. ab  
 iectus sum a conspectu oculorum tuorum;  
 Quando eram tecum & tuo lumine per  
 fruebar & in tuo lumine ego eram lumen.  
 Non dicebam abiectus sum; Post quam  
 ueni in profundum maris. & hominis  
 carne cur cum datus sum humanor um  
 tor affectus & dico; Abiectus sum a con  
 spectu oculorum tuorum; Hoc quasi  
 homo locutus sum. Caeterum quasi d̄s;  
 Et is quicum essem in forma tua non sum  
 rapinam arbitratus. aequalem esse tui.  
 Volens ad te euehere humanum genus.  
 ut ubi ego sum & tu. Ibi sint & omnes qui  
 in me & te crediderunt dico;

**V**erum tamen rursum uidebo templū  
 sem tuum; pro quo. LXX. transtulerunt.  
 Putas ne addam ut uideam templū sem  
 tuum. Hoc quod in greco dicitur ἀπα  
 & habet uulgata editio. putas. inter